

Nicolai Copernici
Libri de Re-
volutionibus
celestibus manu
propria Decabrio.

560



Das Manuscript enthält: 212 Blätter, außerdem 3 Vorblätter vor dem des 1ten das ist, das 2te die Aufzählung der gestickten Figurschürzen = das 3te Blatt den Namen: Otto Nostitz = sowie, endlich 2 leere Nachblätter.

im Ganzen also: 217 Blätter.

Zwischen den 69 & 70ten Blatt ist ein Blatt herausgeschnitten.
das 77te Blatt ist ein ganz leeres vor dem eben ein zollbreites Stück abgeschnitten ist.
das 92te Blatt ist ein ganz leeres. –
das 146te Blatt war herausgeschnitten = ist wieder hineingeklebt.
das 202te Blatt ist ein ganz leeres.
Zwischen den 206ten & 207ten Blatt ist ein Blatt herausgeschnitten.

1854.

Caroline Nostitz

Venerabilis & eximij
Iuris utriusq; Doctoris,
Dni Nicolai Copernick,
Canonici Varmiensis, in
Borussia Germaniae ma-
thematici celeberrimi opus
de revolutionibus coelestibus
propria manu exaratum:
& hactenus in bibliotheca
Georgij Ioachimi Rhetici,
item Valentini Othonis
conservatum, ad usum studij
mathematici procuravit
M. Iacobus Christmannus
Decanus Facultatis ar-
tium, anno 1603. die 19
Decembris.

Hunc librum à vidua piè defuncti
M. Jac. Cristmanni digno redemptum
pretio, in suam transtulit Bibliothecam
JOHANNES AMOS NIVANUS: Anno 1654.
17 Januarij. Heidelbergæ.

di
m
cam
) 4.

Otto Mosh

Inter multa ac varia liberum artium studia: quibus hominum ingenia negotiantur, ea propue amplectanda existimo: summoq; prosequenda studio: quae in rebus pulcerrimis, et situ dignissimis versantur. Quaha sunt quae d diuinis mundi revolutionibus: cursuq; syderum magnitudinibus: distantijs: ortu et occasu: ceterorumq; in coelo apparentium causis, pertractat: ac totam denique formam explicat. Quid ante coelo pulcrius nempe quod continet pulcra omnia: quod vel ipsa nomina declarant: Coelum et Mundus. hoc puritatis et ornamenti: illud coelati appellation. Ipsum plerique philosophorum ob miniam eius excellentia, visibile deum vocauerunt. Proinde si artium dignitates penes sua d qua tractat materia aestimet erit hec longe pstantissima: quia alij quidem Astronomiam aly Astrologia: multi vero priscorum mathematices consumatione vocat. Ipsa ingeniorum ingenuarum artium caput: dignissima homi libero: omnibus fere mathematices speciebus fulcitur. Arithmetica Geometrica. Optice: Geodesia Mechanica et si que sint alie: omnes ad illam sese conferunt. At cum omnium bonarum artium sit abstrahere a viciis: et homines mente ad melora dirigere: hac pter incredibile animi voluptate abundantius id pstare potest. Quis enim inherendo ijs quae in optimo ordine constituta videat diuina dispositione dirigi: assidua eorum contemplatione: et quadam consuetudine non prouoceretur ad optima: admiretur q; opificem oim in quo tota felicitas est et omne bonum. Neque em frustra diuinus ille psalmes delectatu se diceret i factura dei: et i operibus manuu eius exultabundu: nisi quod hysce medijs: quasi vehiculo quoda ad summi boni contiplationem pducamur. Quantam vero utilitate et ornamentum Reipub. conferat cum ut priuatorum commoda innumerabilia transeamus optime animaduertit plato. Qui in septimo Legu libro id maxime expetenda putat: ut p eam dierum ordine in menses et annos digestar tempa i solemnitates quoq; et sacrificia: Vna

vigilanteq; redderet cuitate; et si quis, inq̃t, necessariam
hanc negit hom̃i optimarũ doctrinarũ qualibet peritiro
stultissime cogitabit: et multũ abesse putat: ut quisqua
dmmus effici appellariq; possit: q̃ nec Solis: nec Lunæ: nec
reliquorũ syderũ necessaria habeat cognitionem. Porro di-
uina hæc magis q̃ humana scientia: quę et rebus altissimis
ingrit: nõ caret difficultatibus. Presertim q̃ circa eius
principia et assumptiones quas grici hypotheses vocat
pleroq; discordes fuisse videamus: qm ea tractaturi ag-
gressi sunt: ac p̃inde nõ eisdẽ rationibus impos. pre-
terea quod sydera cursus et stellarũ revolutio nõ poterit
certo numero dfiniri: et ad pfectã notitiã deduci: nisi
cum tempore: et multis antecactis observationibus: quibus
vt sta dicã p manus traderetur posteritati. Nam et si
C ptolemeus alexandrinus: qui admiranda sollertia et
diligentia cæteris longe prestat ex quadrigentorũ et aplis
annorũ observatis totam hãc artẽ pẽ pene consumaverit
ut iam nihil deesse videretur: quod nõ attigisset. Videmus
tamẽ pleraq; nõ convenire ijs quæ tradit nõ eius seq̃ dicebat
alijs etiã quibusdã motibus ceptis illi nondũ cognitis. Vnde
et plutarchus vbi d̃ anno Solis vertente disserit: hactenus
inq̃t, sydẽrũ motus mathematicorũ peritiam vincit.
Nam ut d̃ anno ipo exemplifice: q̃ diuersę semp̃ de eo fuerint
sententiæ puto manifestum: adeo ut multi desperaverint
posse certam eius rationem inueniri. ~~Attamen ne huius fre~~
~~difficultatis pretextu ignauia videar contegere, tentabo~~
fauente deo: sine quo nihil possumus, latius d̃ his ignivere
cum tanto plura habeamus adminicula: quæ mihi sub-
ueniãt institutioni: quãto maioij tpis internallo hujus
artis auctores nos precesserunt: quorũ inuentis: quæ a nob
quoq; de nouo sunt repta comparare licebit. Multa preterea
aliter q̃ priores fecerit me tradituru: iporum licet mu-
nere: utpote qui primũ iparum rerum magisteriis aditũ
patefecerunt. Q̃ mũdus sit sphæricus C primũ
Principio aduertendũ nobis est globosum esse mũdũ sive qd
ipa forma pfectissima sit oim: nullo indigua compagis
tota integritas: ~~cui neq; addi vel minimi posset~~. Sive

Ita d̃ alijs stellis

qd ipa capacissima sit figurarum: quae comprehensurum
oma et conservatrix maxie dicat: sine etia qd absolute
quaeq; mundi partes (Solis dico Lunae et stellas) tali forma
conspiciamus. sine q hac vniuersa appetiuit terminari
quod in aquae guttis caeterisq; liquidis corporibus appet
dum p se terminari cupiunt: Quo minus tale forma dius
corporibus attributa quisqua dubitauerit

Q terra quoq; sphaerica sit Cap ij

Terram quoq; globosam esse: quoma ab omni parte centro
suo constitit. Tametsi absolutus orbis no statim videatur
in tanta montium excelsitate: descensuq; vallium: quae tamen
vniuersa terrae rotunditate minime uariet. Quod ita mani-
festum est. Nam ad septentrione vndequaq; commeantibus
vertex ille diurnae reuolutionis paulatim attollitur: altero
tantum de ex aduerso subeunte: plureseq; stellae: circa sep-
tentriones videtur no occidere: et in austro qdam aplius
no oriri. Ita Canopum no cernit Italia. Aegypto patente
Et Italia postrema flumij stellam videt: qua regio ma
plagae rigentioris ignorat. E contrario, in austrum
traseuntibus attollunt illa residentibus ijs q nobis
excelsa sunt. Interea et ipae polorum inclinationes ad e-
mensa terrarum spacia eande ubiq; ratione habet: quod
i nulla alia q sphaerica figura contingit. Vnde manifestum
est terra quoq; verticibus includi: et pp hoc globosa esse
Adde etia quod defectus solis et Lunae vespertinos, oriente
incolae no sentiunt: neq; matutinos ad occasu habitantes
Medios aut, illi quide tardius: hi vero citius videt. Eade
quoq; formae aquas imiti, a naugantibus deprehenditur
quoma quae e naui terra no cernitur: ex summitate mali
spectatur. ac verissim: si quid i summitate mali fulgens
adhibeatur, a terra promoto naugio: paulatim descendere
videtur in littore manentibus: donec postremo quasi oc-
cidum occultetur. Constat etia aquas sua natura fluentes
inferiora semp petere: eade quae terra: nec a littore ad
ulteriora niti: q quae conuexitas illius ipius patiatur
Quaobrem tanto excelsiore terra esse conuenit: quegemq;
ex oceano assurgit

Quomodo terra cum aqua vnum globu pficiat C iij

Huic ergo circumfusus oceanus maria passim pfundes

declliniores eius descensus implet. Itaq; minus esse aquarum q̃
terrae oportebat: ne totā absorbuisset aqua tellurē e ambobus
in idē centrū cōtendentibus gravitate sua: sed ut aliquas terrae
partes animātium saluti relinqueret: atque tot hinc inde patefo
insulas. Nam et ipa continēs, terrarūq; orbis, quid aliud est
qua insula ~~maxima~~ maior ceteris. Nec audiendi sunt peripateticorū
quidā: qui vniuersam aqua deces ~~maiore~~ tota terra maiore
prodiderūt. Q̃ scilicet in trasmutatiōn elemētorū ex aliqua
parte terrae ~~fiat~~ dere aquarū ~~fiat~~ in resolutione fiat, cōtestrā
arripientes: aiūtq; terram quadātenus sui prominere: quod
nō vndequaq; secūdm gravitatē ēqlibres cauernosa existēs
atq; aliud esse centrū gravitatis: aliud centrū magnitudīs
Sed fallūtur geometrites artis ignoratia: nescientes quod
neq; septies aqua potest esse maior: vt aliqua pars terrae
sitaretur: nisi tota centrū gravitatis enarraret: daretq;
locum aquis: tamq̃ se grauioribus. Quoniā sphaerae seminis ad
~~habet~~ in tripla ratione sunt suorū dimetientiū. Si igitur septī
partibus aquarū terra esset octaua: diameter eius nō posset
esse maior: q̃ quae ex centro ad ~~ex~~ circumferētiam aquarum.
Tantum abest: ut etiā deces maior sit aqua. Q̃ etiam
nō sit aliquid inter centrū gravitatis terrae et magnitudinis
eius: hinc accipi potest: quod cōuexitas terrae ab oceano
expaciata nō continuo semp intumescit abscessu, alioqui
arceret q̃ maxime aquas marinas: nec aliquo modo sineret
interna maria tam vastosq; sinus irrumpe. Rursum
a littore oceani: nō cessaret aucta semp ~~aquarū~~ profunditas
abyssi: quo minus insula vel scopulus vel terrenū q̃piā
~~amplius~~ occurreret nauigantibus longius progressis.
Iam vero constat inter egyptū mare arabicumq; sinū
vix quidem supesse stadia in medio fere orbis terrarum
Et vicissim ptolemeus in sua Cosmographia ad medium
usq; circulū terra habitabile extendit: relicta insup in-
cognita terra: ubi vectiores Cathagiā et amplissimas
regiones: usq; ad hx ~~circuli~~ longitudinis gradus adue-
rūt: ut iam maiori longitudine terra habitetur quā
sit reliquū oceani. His etiamnum si addantur insulae ātēo
ra, sub hispanarū Lusitanieq; principibus reperta et
praesertim America ab inuentore ānominata nauiū profecto

Quā ob incomptam adhuc eius magnitudinē: alterū orbem ~~orbem~~ terrarū putat: Per multas alias insulas antea incognitas quo minus etiā miremur antipodes sive antichthones esse: spām eīm Americā geometrica ratio ex ellipsis situ sinuē gangeticē e diametro oppositam circēi cogit. Ex his demū omnibus puto manifestū: terrā simul et aquā vni centro grauitatis inniti: nec esse aliud magnitudis terrē: quē cum sit grauior dehiscentes eius partes aqua explēri: et idcirco modicā esse comparatione terrē aquā: et si suphiāctemus plus forsitan aquē appareat. Talem quippe figurā habere terrā cum circūfluentib aquis necesse est: qualem vmbra ipius ostendit: absoluti eīm circēi ~~ag~~ amphractibus Lunā deficientem effingit. Non igitur plana est terra, ut Empedocles et Anaximenes opinati sūt. Neq tympanoides, ut Leucippus: neq Scaphoides, ut Heracletus: nec alio modo cana, ut Democritus. Neq rursus Cilyndroides, ut Anaximander: Neq ex inferna parte infinita radicitus crassitudine submissa, ut Xenophanes: sed rotunditate absoluta, ut philosophi sentiunt

Quod motus corporū cælestiū sit æqualis ac circularis: perpetuus: vel ex circularibus compositus Ca iiij

Post hæc memorabimus corporū cælestiū motum esse circulare Mobilitas eīm sphæræ: est in circulum volui: ipo artu formā suam exprimētis: in simplicissimo corpore, vbi non est reperire principium et finē: nec vnū ab altero secernere: dum p cadē in seipsā mouet Sunt autem plures penes orbiū multitudinē motus. Apertissima omniū est cotidiana reuolutio: quā græci νυχθημερον vocant hoc est diurni nocturnique tpis spatiū: Hac totus mūdus labi putatur ab ortu in occasum, terra excepta. Hæc mensura cēteris oīm motiū intelligitur: cum etiā tempus ipm numero potissime dierum metimur. Deinde alias reuolutiones tamquā contraitentes, hoc est ab occasu in ortum videmus. Solis inquā Lunæ et quinq errantiū sta Sol nobis eīm dispensat. Luna menses: vulgatissima ~~quoq~~ tempora. Sic aly quinq planetæ suum quisq circuitum facit. Sunt tamē in multiplici differentia: primū quod nō in eisdē polis: quibus primus ille motus obuoluūtur; p obliquitatē signiferi cuntetes: Deinde quod in suo ipo circuitu, nō videntur æqualiter ferri. Nam Sol et Luna modo tardi: ~~modo~~: modo velociores rursū deprehendūtur. Ceteras autem quinq errantes stellas: quandoq etiā reprodūre et hinc inde stationes facere cernimus. Et cum Sol suo semp et directo itinere profiscatur, illi varijs modis errant

modo in austru modo in septetrione evagantes. Vnde planete
dicti sunt! Adde etiam quod aliquando propinquores terre fiunt
et perigei vocantur alias longiores: et dicuntur apogei. fateri
nihilominus oportet circulares esse motus: vel ex pluribus
circulis compositos: eo quod inaequalitates hmoi certa lege statisq;
observant restituentibus: quod fieri no posset, si circulares non
essent: Solus enim circulus est: qui potest pacta reducere. Que
admodum verbi gra Sol motu circulorum composito, dierum et no-
ctium inaequalitate et quatuor anni tpa nobis reducit in quo
plures motus intelligentur. ~~Et idcirco fieri oeqt~~ Quoma fieri
neqt, ut caleste corpus simplex vno orbe inaequaliter moveat
Id em evenire oporteret, vel pp virtutis moventis imostantia
sive asistura sit: sive intima natura: vel propter revoluti corpis
disparitate. Cum vero utrumq; abhorreat intellectus: sitq; idcirco
tale quidq; quidda in illis existimari: quae in optima sunt ordi-
natione constituta: consentaneum est, aequales illorum motus
apparere nobis inaequales: vel pp diversos illorum polos circu-
lorum: sive etiam, quod terra non sit i medio circulorum in qbus
/ et illa volumur: si nobis a terra spectantibus horum transitus sydrum
accidat ~~visus eros no~~ ob aequales ~~servare~~ distantias ~~ab omni parte~~
~~illorum orbium. sed ut~~ propinqora semper remotioribus maiora =
= videri ~~videantur~~ (ut in optics est demonstratum) sic in circumferetijs
orbis aequalibus (ob diversam visus distantia apparebunt
motus inaequales temporibus aequalibus. Qua ob causam
ante omnia puto necessarium: ut diligenter animaduertamus: quae
sit ad celum terre habitudo: ne dum excelsissima scrutari
volumus: q nobis proxima sint ignoremus: ac eode errore que
telluris sunt attribuamus celestibus

An terre competat motus circularis et a loco eius Ca v.

Jam quide demonstratu est terra quoq; globi forma habere
videndum arbitror: an etiam forma eius sequatur motus et
que locum vniuersitatis optineat: sive quibus no est certa
inuenire certam apparentiam in ylo ratione. Quamquam
in medio mundi terra quescere inter autores plerumq; conuenit
vt inopinabile putet sive etiam ridiculum contrarium sentire
Si tamen attentius rem consideremus: videbitur haec questio
nondum absoluta et idcirco minime contemnenda. Omnis enim
q mouetur sedem locum mutatio, aut est pp spectati rei
motum: aut videntis: aut certe disparem utrumq; mutationem

Nam inter mota æquatur ad eadē: nō percipitur motus: inter visū
dicto et videns. Terra ante est: vna cælestis ille circuitus aspi-
citur: et visui reproducitur mro. Si igitur motus aliqs terræ
deputetur, ipe in vniversis quæ extrinseca sunt idē apparebit
sed ad partem opposita tamq̄ præterentia: qualis est reno-
lutio quotidiana imprimis: hæc em̄ totum mūdum videtur
rapere, pterq̄ terra: quæq̄ circa ipam sunt. Atq̄ si cælū nihil
de hoc motu habere comesseris: terra vero ab occasu in ortū
volui: quatenus ad apparentem in Sole et Luna et stellis ortum
et occasum: si quis serio advertat innemet hæc sic se habere
Cumq̄ cælum sit quod continet omnia et cælat omnia communis
vniversorū locus: nō statim apparet: cur nō magis contento
q̄ continenti locato q̄ locanti motus attribuatur. Erat sane
huius sententiæ Heraclides et Ecphantus pytagoricis in
medio mūdi terra volventes: Existimabat em̄ stellas ob
vestu terræ occidere: easq̄ cessione illius oriri. Quo assūpto
sequitur et alia, nec minor de loco terræ dubitatio: quanuis iam
ab omnibus fere receptū creditūq̄ sit, medū mūdi esse terra
Quoniam si quis neget medū sive centrū mūdi terra obtinere
nec tamē fateatur tanta esse distantia, quæ ad nō erratum
sydera stellarū sphæram comparabilis fuerit: sed insignem ac
euidentē ad solis aliorumq̄ sydera orbes: putetq̄ propterea motū
illorū apparere diversum: tamq̄ ad aliud sint regulata centrū
q̄ sit centrum terræ: nō inepta forsitan poterit diversi motus
apparentes ratione afferre. Quod em̄ errantia sydera propin-
quiora terræ: et eadē remotiora cernuntur, necessario arguit
centrum terræ nō esse illorum circulorū centrū. Quo minus
etia constet, terra ne illis, an illa terræ annuant et abnuat
nec adeo mirum fuerit: si quis pter illam quotidianā reno-
lutionē, alū quendā terræ motum opinaretur. Nempe
terra volui: atq̄ etia pluribus motibus vagante: et vna
esse ex astris Philolaus pythagoricus sensisse fertur: mathe-
maticis nō vulgaris: utpote cuius iusendi gratia Plato
non distulit Italiam petere: quēadmodū qui vita platonis
scripsere tradunt. Multi vero existimauerunt geometrica
ratione demonstrari posse: terra esse in medio mūdi: et ad
immensitatem cæli instar puncti centri vice obtinere: ac ea
ob causam immobilem esse: quod moto vniverso centrum
manet immotum: et quæ proxima sunt centro tardissime fe-
runtur. ~~Vt Euclides in phænomenis hoc modo~~

f ac Nicetus Syracusanus apud Cicerones f

De imensitate cæli ad magnitudinem terræ C vj

Quod enim hæc tanta terræ moles nullam habeat æstimationem ad cæli magnitudinem ex eo potest intelligi. Quoniam finitores circuli (sic enim oriZontas apud græcos interpretantur) totam cæli sphæram bifariam secat: quod fieri non posset: si insignis esset terræ magnitudo ad cælum comparata: uel a centro mundi distantia. Circulus enim bifariam secans sphæram, p centrum est sphæræ: et maximus circumscribilium circulus. Esto namq; horizon circulus a b c d: terra vero ad quam visus me sit e et ipsum centrum horizontis in quo ~~dfinite~~ dfiniuntur apparentia ab non apparentibus. Aspiciatur autem p dioptram siue horoscopium vel chorobate in e collocatam principium cancri exorientis in c puncto: et eo momento apparet capricorni principium ~~ad~~ occidere in a. Cum igitur a e c fuerint in linea recta p dioptram, constat ipsam esse dimetientem sZniferi: eo quod sex sZnorum semicirculus apparentia terminat et e centrum idem quod horizontis. Rursus commutata revolutione: qua principium capricorni oriatur in b videbitur quoq; tunc cancri occasus in d: erit q; b e d linea recta et ipsa dimetiens sZniferi. Iam vero apparuit etiam a e c dimetiente esse eusdem circuli: patet in sectione communi illi esse centrum. Sic igitur horizon circulus sZniferum q maximus est sphæræ circulus bifariam semp dispesat. Atqui in sphæra si circulus per medium alique maximorum secat: ipse quoq; secans maximus est: maximorum ergo omnis est horizon. et centrum eius idem quod sZniferi prout apparet: cum tamen necesse sit aliam esse lineam q a superfine terræ et quæ a centro. sed pp imensitatem respectu terræ fiunt similes parallelis: quæ præ nimia distantia terminis, apparet esse linea una: quando mutuum quod continet spacium, ad earum longitudinem efficitur incomparabile sensu: eo modo, quo demonstrat in opticis. ~~Quod eorum quæ spectantur omnique longitudine intervalli habet aliquam: quæ admotante non amplius spectatur.~~ Hoc nimirum argumento satis apparet, imensum esse cælum comparatione terræ: ac infinitæ magnitudinis speciem p se ferre: sed sensus æstimatione terram esse respectu cæli: ut punctum ad corpus



et finiti ad infinitum magnitudine: nec aliud dmonstrasse videt
Neq enim sequitur: in medio ~~mundi~~ terra quiescere oportere. quin mundi
magis etiam miremur: si tanta mundi vastitas sub xxiiij horarum
spacio revolvatur potius: quam minimum eius, quod est terra
Nam quod aiunt centrum immobile, et proxima centro minus
moveri nō arguit terram in medio mundi quiescere: nec aliter
q̄ si dicas celum volui: at polos quiescere: et quae proxima sunt
polis minime moveri. Quemadmodum Cynosura multo tardius
moveri cernitur, q̄ aquila vel ramicula: quia circulum describit
minore proxima polo. cum ea omnia omnis sunt sphaere eius
mobilitas ad axem sum desinens omnium suarum partium motum
sibi invicem nō admittit aequale; quas tamen paritate temporis
nō aequalitate spacij revolutio totius reducat. Ad hoc ergo ni-
titur ratio argumenti: quasi terra pars fuerit celestis sphaerae
eiusdemq speciei et motus, ut ~~quae~~ proxima centro parum
moveatur. Movebitur ergo et ipsa corpus existens non centrum
sub eodem tempore ad similes celestis circuli circum ferentias licet
minores. Quod q̄ falsum sit Luce clarius est: oporteret enim
~~alio~~ in loco semper esse meridie alio semper media nocte: ut nec
ortus et occasus quotidiani possent accidere: cum omnis et
inseparabilis fuerit motus totius et partis. Eorum vero quae
differentia rerum absolut, longe diversa ratio est; vt quae
breviori clauduntur ambitu revoluntur citius his q̄ maiorem
circulum abeunt. Sic saturnum supremum erratum sydus tri-
gesimo anno revolutur: et Luna q̄ proculdubio terrae
proxima est mensuum complet circuitum: et ipsa demq
terra diurni nocturni temporis spacio circuire putabitur
Resurgit ergo eadem de quotidiana revolutione dubitatio
Sed et locus eius adhuc quaeritur minus etiam ex supductis
certus. Nihil enim aliud habet illa dmonstratio quam
indefinitam rem ad terram magnitudine: At quousque
se extendat haec immensitas minime constat. ~~Quemadmodum~~
~~ex adverso in minimis corpusculis: ac insectilibus q̄ atomi~~
~~vocantur: cum sensibilia nō sint duplicata vel aliquoties~~
~~sumpta: nō statim componunt visibile corpus. At possunt~~
~~adeo multiplicari, ut demum sufficiat apparente coalescere~~ m
~~magnitudine. Ita quoq de loco terrae, quamvis in centro~~
~~mundi nō fuerit distantia tamen incomparabilem adhuc esse~~

ipsa

presertim ad nō errantiū stellarū sphaerā

Cur antiq arbitrati sint terrā in medio mūdi quiescere tamq̄ centrum

Ca vij

Quā ob rem alijs quibusdā rationibus prisci philosophi conati sunt astruere terrā in medio mundi consistere, potissimā vero causam allegant grauitatis et leuitatis. Quippe grauissimū est terrae elemētum: et ponderosa omnia feruntur ad ipsam: in vtimū eius consistentia medium. Nam globosa existente terra in quā grauia undequaq̄ rectis ad superficiē angulis suapte natura feruntur: nisi in ipsa superficie retineretur ad centrū eius corruerent. Quandoqdem linea recta: quae se planitiei fructoris qua sphaera contingit, rectis accomodat angulis, ad centrum ducit. Ea vero quae ad medū feruntur: sequi videtur, ut in medio quiescāt. Tanto igitur magis tota terra conquiescet in medio: et quae cadentia omnia in se recepta suo pondere immobilis permanebit. Idē quoq̄ comprobare nitentur ratione motus et ipsius natura. Vnius quippe ac simplicis corporis simplicem esse motū aut Aristoteles. Simplicū vero corporū motū alium rectū: alū circulare. Rectorū autē alū sursum: alū deorsum. Quocirca omne motum simplice: aut ad medū esse: qui deorsum: aut a medio, q sursum: aut circa medū: et ipsum esse circulare. Modo ~~re~~ uenit terrae qdem et aquae, quae grauia existimatur deorsū ferri: quod est medū petere. Aeri vero et igni quae leuitate pdita sunt: sursum et a medio remoueri: Consentaneū videtur: his quatuor elemētis rectum conuenij motum: cēlestibus autē corporibus circa medū in orbem volui. Haec Aristoteles. Si igitur inqt Ptolemaeus alexandrinus terra voluueretur saltem reuolutione quotidiana, oporteret accidere contraria supradictis. Etenim concitatissimū esse motum oportet: ac celeritate eius insuperabile: quae i xxiiij horis totum terrae trāsmitteret ambitū. Quae vero vel pentina vertigine concitantur: videntur ad collectionē prorsus inepta: magisq̄ omnia dissipari: nisi cohaerentia aliqua firmitate contineantur: et iamdudū inqt dissipata terra cēlū ipsum, quod admōd ridiculosū est, excidisset: et eo magis animata atq̄ alia quaeumq̄ soluta onera hauriquaq̄ in ōcussa maneret. Sed neq̄ cadēta

in directum subiret ad destinatu sibi locum: et ad pendiculu;
tanta interim pmitate subducetur. Nubes quoq; et quemlibet
alia in aere pendentia semp in occasum ferri opteremus
Solutio dictarum rationum ac earum insufficientia ca viij
his sane et similibus causis aiunt terra in medio mundi gesisse
et proculdubio sic se habere. Verum si quispiam volui terra
opinetur: dicet utiq; motu esse naturale: non violentum
Quae vero secundum naturam sunt contrarios operantur effectus
his quae secundum violentiam. ~~Quae enim~~ Quibus enim vis vel im-
petus infertur dissolui necesse est: et diu subsistere nequeunt
Quae vero a natura fiunt recte se habent et conseruantur
in optima sua coopositione. Frustra ergo timet ptolemaeus
ne terra dissipetur, et terrestria omnia ~~dissipentur~~ in reuolutione
fortia p efficatia naturae: quae longe alia est q artis: vel
quae assequi possit humano ingenio. Sed cur no illud etiam
magis de mundo suspicetur: cuius tanto velocior esse motum
oportet: quanto maius est caelum terra. An ideo immensu fortius
est ~~mundus~~ caelum: quod ineffabili motus vehementia diri-
mitur a medio: collapsuru aliq si staret? Certe si locum haberet
haec ratio magnitudo quoq; caeli abibit in infinitu. Nam
quanto magis ipo motus impetu rapiatur in sublime: tanto
velocior erit motus: ob crescentem semp circumferentiam
qua necesse sit in xxiiij horaru spacio ptransire, ac vehementi
crescente motu, crescet immensitas caeli. Ita velocitas magni-
tudine: et magnitudo velocitate in infinitu sese pmouebit
At iuxta illud axioma physicum: quod infinitu est ptransiri
negt: nec ulla ratione moueri. Stabit ergo necessario caelum
Sed dicunt extra caelu non esse corpus: non locu: no vacuu
ac prorsus nihil. Et idcirco no esse, quo possit euadere caelum
Timet sane mirum est: si a nihilo potest cohiberi aliquid
At si caelum fuerit infinitu: et interiori tantumodo finitum
concauitate; magis forsitan verificabitur extra caelum
esse nihil: cum omnequoq; fuerit in ipo; quamuiq; occu-
paueri ~~magnitudine~~ sed pmanebit caelum immobile. Na
potissimu quo astruere nituntur mundum esse ~~infi~~ finitu
~~esse~~ motus. Sive igitur finitus sit mundus sive infinitus, dis-
putationi physiologorum dimittamus: hoc certum habetes
quod terra vertiebus coclusa supficie globosa terminat

Cur ergo hæsitamus adhuc mobilitatē illi formæ suæ a
natura cōgnatam concedere magis q̄ totus labatur mūdus
cuius finis ignoratur: terra q̄ neq̄: neq̄ fateamur ipsius quo-
tidianæ revolutionis in cælo apparentiam esse et ī terra ve-
ritatem. Et hæc pinde se habere ac si diceret Virgilianus
Æneas, dum ait: Proruimur portu terræq̄ urbesq̄ recedunt
Quoniam fluitante sub trāquillitate navigio: cuncta quæ
extrinsecus sunt ad motus illius imaginem moveri cernuntur
a navigantibus: ac vicissim se quiescere putat cum omnibus
q̄ secum sunt. Ita minime in motu terræ potest cōtingere
vt totus circuire mūdus existimetur. Quid ergo diceremus
de nubibus: ceterisq̄ quomodolibet in aëre pendentibus:
vel subsidentibus: ac rursum tendentibus in sublimia? nisi
quod nō solum terra cum aqueo elemento sibi commisto sic mo-
veatur: sed nō modica quoq̄ pars aëris: et quæcūq̄ eodem
modo terræ cognationem habent. Sive propinquus aer terrea
aqueave materia permixtus eandē sequatur naturā quam
terra: sive quod acquisitus sit motus aeris: quē a terra
per contiguitatē perpetua revolutione ac absq̄ resistentia
participat. Vicissim nō dispari admiratione supmam aëris
regionem motum sequi cæleste aiunt: quod repentina illa
sydera Cometæ inq̄ et pogonias vocata a græcis induūt
quarū generationem ipsum deputat Locū: quæ instar aliorū
quoq̄ syderū oriuntur et occidunt. Nos ob magnā a terra
distantiā eam aëris partē ab illo terrestri motu destitutam
dicere possumus. primū tranquillus apparebit aer: q̄ terræ
proximus: et in ipo suspensa. Nisi vento vel alio quomus
impetu: ultro citroq̄ ut contingit agitentur. Quid enim
est aliud ventus in aëre q̄ fluctus in mari? Cadentū
vero et ascendentū duplicem esse motū fatiamur oportet
mūdi compatione: et omnio compositū ex recto et circu-
lari. Quandoqdem q̄ pondere suo deprimūtur. cum sint
maxime terrea: non dubiū: qui eandē seruēt partes na-
turā, quā sui totum. Et alia ratione contingit in
ijs: quæ igenea vi rapiuntur ī sublimia ~~accidit~~. Nam
et terrestris hic ignis terrena potissimū materia alitur
et flāmam non aliud esse definiūt q̄ fumū ardentem
Est autē ignis proprietas, extendere quæ tua serit: quod

quod

efficiat tanta vi: ut nulla ratione: nullis machinis possit co-
hiberi: qui rupto corrcere suū explicat opus. Motus autem
extensimus est a centro ad circumferetiam. Sic perinde si qd
ex terrenis partibus accensum fuerit fertur a medio in sub-
lime. Igitur, quod aūt simplices corporis esse motū sim-
plicē, de circulari imprimis verificatur: quādiu corpus
simplex in loco suo naturali ac unitate sua pmanserit. In
loco siquidē nō alius q̄ circularis est motus: qui manet in
se totus: quiescenti similis. Rectus aūt supuenit ijs quē
a loco suo naturali pegrmātur vel extrudūtur: vel quomodo-
libet extra ipsum sunt. Nihil autē ordinationi totius et
formē mūdi tantum repugnat: quātum extra locū suum qdquam
esse. Rectus ergo motus nō accidit: nisi rebus nō recte
se habentibus: neq; pfectis secdm naturā: dum separātur
et suo toto et eius deserūt unitatē. Praeterea q̄ sursum
et deorsum agūtur, etiā absq; circulari, nō faciūt motū
simplicē uniformē et æqualē, leuitate em vel su pōderis
impetu nequūt temperari. Et quecumq; decidūt a principio
lentum faciētia motū, velocitatē augent cadendo: Vbi
quesum versum igne humor terrenū (neq; em alū videmus)
raptum in sublime statim languescere cernimus: tanq;
confessa causa violentiē terrestris materiē. Circularis
autē æqualiter semp volutur: indeficientē em causam
habet: ille vero desinere festinantē. Consecuta siquidē per quē
locū suū cessat esse grauia vel leuia: cessatq; vle motus
Cum ergo motus circularis sit vniuersorū, partū vero
etiā rectus, dicere possumus manere cū recto circularem
sicut cum egro animal. Nempe et hoc: quod Aristoteles
in tria genera distribuit motum simplice: a medio: ad me-
diū: et circa mediū, rationis solūmodo actus putabatur
Quēadmodum Lineā: pūctum: et supficie seceruimus qdē
cum tamē ūm sine alio ~~suf~~ subsistere nequeat et nullum
eorum sine corpore. His etiā accedit: quod nobilior atq;
dignior conditio īmobilitatis existimatur, qua mutationis
et instabilitatis, quē terrē magis ob hoc q̄ mūdo conueniat
Addo etiā quod satis absurdum videretur: continenti
sue locanti motum asscribi: et nō potius contēto et lo-
cato: quod ~~terra~~ est terra. Cum denique manifestum sit
erraticā sydera propinqora fieri terrē ac remotiora

erit tuetiam qui circa medū (quod volunt esse centrū terrae)
a medio quoq; et ad ipsum omnis corporis motus. Oportet
igitur motum: qui circa medū est generalius accipere:
ac satis esse: dum omnisq;usq; motus suipsius medio
incumbat. Vides ergo, quod ex his omnibus proba-
bilior sit mobilitas terrae: quā eius quies: praesertim
in quotidiana revolutione: tamq; terrae maxīe propria
Et haec ad prima quaestionis partē puto sufficere

An terrae plures possint attribui motus et a centro mūdi
Capitulum xxij

Cum igitur nihil prohibeat mobilitatē terrae: Videndum
mihi arbitror, an etiā plures illi motus convenant: vt
possit vna errantium syderum existimari. Quod enim
omnium revolutionum centrū non sit: motus erratum inae-
quales apparentes: et variabiles eorū a terra distantiae
declarant: quae in homocentro terrae circulo nō possūt
intelligi. Pluribus ergo existentibus centris: de cētro quoq;
mundi non temere quis dubitabit: an videlicet fuerit istud
gravitatis terrenae: an aliud. Equidē existimo gravitatē
nō aliud esse: quā appetitiam quandā naturalē partibus
~~quae~~ inditam ~~illis~~ a divina providētia opificis universorū
vt in vnitatē integritatemq; suā sese conferat in formam
globi venientes. Quā affectionē credibile est etiā Soli: Lunae
caeterisq; errantium fulgoribus inesse: ut eius efficacia i ea
qua se repsentat rotunditate permaneat: quae nihilominus
multis modis suos efficiunt circuitus. Si igitur et terra
faciat alios: utputa sēdm centrū: necesse erit eos esse qui
similiter ~~ex~~ extrinsecus in multis apparet: e quibus in-
primis annuū circuitum. Quoniā si permutatus fuerit
a Solari in terrestrē, Soli immobilitate ~~relicta~~ concessa,
ortus et occasus signorum ac stellarū fixarū: quibus
matutinae vespertinaeq; fiunt, eodē modo apparebunt
errantium quoq; stationes: retrogradationes atq; pgressus
nō illorum: sed tellūris esse motus videbitur: quē illa
sibi mutuant apparentijs. Ipse denique Sol medū mūdi
putabitur possidere. Quae omnia ratio ordinis: quo illa
sibi invicem succedūt: et mūdi totius armonia nos docet
si modo rem ipsam ambobus (ut aiūt) oculis inspiciamus

De ordine cælestiū orbium Cap xxx x

Altissimū visibiliū omniū, cælū fixarū stellarum esse ne-
minē video dubitare. Errantiū vero seriē penes vevo-
lutionū suarū magnitudinē aeripe voluisse priscos phi-
losophos, assumpta ratione, quod æquali celeritate dela-
torum quæ longius distant tardius ferri videntē: ut apd
Euclidem in opticis demōstratur. Ideoq; Lunā brevissimo
tpis spacio circuire existimat: quod proxima terræ mimo
circulo volutatur. Supremum vero Saturnū: qui plurimo
tpe maximū ambitum circuit: Sub eo Jouē: post hunc
Martē. De Venere vero atque Mercurio diversæ reputur
sententiæ: eo quod nō omnifaria elongantur a Solē, ut alij.
Quamobrē alij supra Solē eos collocant: ut platonis Timæus
alij sub ipo: ut ptolemæus: et bona pars recentiorū. Alpe-
tragius supiore Sole Venere facit: et inferiore Mercurium.
Igitur qui platonē sequūtur: quod existimēt omnes stellas
obscura aliq corpora, Lunne Solarij concepto resplendere: si
sub Sole essent: ob nō multam ab eo divulsionē, dimidia
aut certe a rotunditate deficiētes cernerētur. Ita lunē
sursum ferme: hoc est versus Solē referret acceptū: ut in
nona Luna vel desmēte videmus. Oportere etia aiūt obiectu
eorum, quandoq; Solē impediri: et pro eorum magnitudine
Lunē illus ~~impediri~~: quod cum nūquam appareat: nullatenus — deficere
Solem eos subire putant. Contra vero qui sub Sole Venere
et Mercurū ponūt, ex amplitudine spacij: quod inter Solē
et Lunā compūt vendicat ratione. Maxima enī Lunæ a
terra distantiam, partium sexaginta quatuor: et sextantis vnius
qualiū quæ ex centro terræ est vna, ~~septam~~, inuenerūt decies
octies fere usq; ad minimum Solis interuallū contineri: et illaq;
esse partū Mclx: inter ipm ergo et Lunā Atc Miiijc. pro-
inde ne tanta vastitas remaneret iamis, ex absidū interuall
quibus crassitudinē illorū orbū ratiocinant, compūt eosdē
proxime compleri numeros. Vt altissimæ Lunæ succedat in-
fimū Mercurij: cuius summū proxima Veneris sequatur
quæ demū suma abside sua ad infimū Solis quasi pting at.
Etem inter absides Mercurij pfatarum partū clxxxij s
fere supputat: deinde reliquū Veneris interuallo partū
cMx. proxime compleri sparū. Non ergo fatentur i
stellis oparitate esse aliqua Lunarij simile: sed vel ypro
Lunne: vel solari totis imbuto corporibus fulgere et idcirco

Muchomedes

solem nō impedirī: quod sit eventu rarissimū: ut asperstui
Solis interponantur: latitudine plerumq; cædentes. Præ-
terea qd parua sit corpora cōparatione Solis: cum Veneris
etiā Mercurio maior existens vix centesimā Solis partem
obtegere potest: ut vult ~~Albategnius~~. Aratēq; qui ~~decupla~~
decuplo maiorē existimat Solis dimetiētem. Et ideo nō facile
videri tantillā sub pstantissimo Lunæ maculā. Quamuis
et Anerroes in ptolemaica parafrasi mgnitās quiddam se
uidisse memīt: quādo Solis et Mercurij copulā numeris
tuemiebat expositā: ac ita decernūt hæc duo sydera sub
Solari circulo moueri. Sed hæc quoq; ratio quā infirma sit
et incerta ex eo manifestum: quod cum xxxviij sint eius q
a centro terræ ad supficiē usq; ad proximā Lunā scdm ptole.
sed scdm veriorē æstimationē plusq; il. ut infra patebit:
nihil tamē aliud in tanto spacio nouimus cōtineri q̄ aerē
et si placet etiā ~~æthera~~ quod igneū vocāt elemētum. Insup
quod dimetiente circuli Veneris p quē a Sole hinc inde xlvi
partibus plus minusve digreditur ^maiorē esse oportet: quā
quæ ex centro terræ ad infimā illius absidē: ut suo demonstra-
bitur loco: Quid ergo dicet in toto eo spacio contineri: ~~quod~~
tanto maioris, q̄: quod terrā aerē æthera Lunā atq; Mer-
curiū cōpleat? et præterea ~~totum illud q~~ quod ingens ille veneris
epicyclus ~~pōnat tegere voluerit~~? Illa quoq; ptolemaei
argumētatio: q oportuerit medium ferri solē, inter omnifa-
riam digredientes ab ipo: et nō digredientes: q̄ sit impossa-
sibilis ex eo patet: quod Luna omnifariā et ipsa digrediens
prodit eius falsitatē. Quā vero causā allegabunt ij qui sub
Sole Venerē demū Mercuriū ponūt: vel alio ordinē separant
quod nō itidē separatos facūt circulus et a Sole diuersos
ut cæteri errantū: si modo velocitatis tardutatisq; ratio
nō fallit ordinē? Oportebit igitur vel terrā nō esse centrum
ad quod ordo sydērū orbūq; referatur: aut certe rationem
ordinis nō esse: nec apparere: cur magis Saturni q̄ Iouis
seu alio cuiuis superior debeatur locus. Quapp mime contem-
nendū arbitror: quod Martianus Capellæ q encyclopaudiā
scripsit: et p quidam alij Latinorū prattuerunt. Existimant
em: quod Venus et Mercurius circumcurrat Solē in medio
existente: et ea ob causam ab illo nō vlterius digredi putāt
q̄ suorū cōuexitas orbū patiatur: quoniā terrā nō abiunt
ut cæteri: sed absidas conuersas habet. Quid ergo aliud volūt

^ sextuplo ^

occuparet: si cir terrā ~~vel~~ getam voluerentur? —

sugensuare q̃ circa solē esse centrū illorū orbū. Ita profecto mercurialis orbis intra Venereū, quē duplo et amplius maiorē esse tonerit claudetur: obtinebitq̃ locum in ipa amplitudine sibi sufficiente. Hinc sumpta occasione, si quis saturnū quoq̃ sonē et Martē ad illud ipm centrū conferat: dūmodo magnitudinē illorum orbū tantā intelligat: quae cum illis etiā imanente cōtineat ambiatq̃ terram, nō errabit. Quod canonica illorū motūm ratio declarat. Constat em̄ propinquores esse terrae, semp circa vesperū exortum: hoc est quādo soli opponūtur: mediante inter illos et Solē terra: remotissimos autē a terra in occasu vespertino: quādo circa solē occultātur dum videlicet inter eos atq̃ terrā Solē habemus. Quae satis indicant centrū illorum ad solem magis ptinere: et idem esse ad quod etiā Venus et Mercurius suas obuolutiones cōferunt. Atuero omnibus his vni medio immixis, necesse est id quod inter conuexū orbē Veneris et cōcauū Martis reliquitur sparū: orbem quoq̃ sue sphaerā discerni cum illis homocentrū secūm vtramq̃ superiem: quae terra cū pedissequa eius Luna et quicqd sub Lunari globo continetur repiat. Nullatenus em̄ separare possumus a terra Lunā citra controuersiā illi proxima existente: pserim cum in eo spacio cōuenientem satis et abundātem illi locum reperiamus proinde nō pudet nos fateri hoc totum quod Luna pinquior ac centrū terrae p orbem illum magnū inter caeteras erratās stellas annua reuolutione circa Solē transire: et circa ipm esse centrū mūdi: quo etiā Sole imobili pmanēte: quicquid de motu Solis apparet: hoc potius in mobilitate terrae verificari: tantā vero esse mūdi magnitudinē: vt cum illa terrae a Sole distantia: ad quoslibet ~~alios~~ alios ōbes erratūm syderum magnitudinē habeat pro ratione suarū illarū amplitudinū satis eudente; ad nō errantū stellarum sphaerā collata nō appareat: quod facilius concedendū puto: quā in infinitā pene orbū multitudinē distrahi intellectum: quod coacti sunt fatere: qui terram in medio mūdi detinuerūt: sed naturae sagacitas magis sequenda est: quae sicut maxime cauit supflua quādā vel inutile produxisse: ita potius vna sepe rem multis detaunt effectibus. Quae omnia cum difficilia sint ac pene inopinabilia nempe contra multorū sententiā: in processu tamē faueente deo: ipo Sole clariora facienus: mathematicam saltē artem nō ignorantibus. Quapropter prima

ratione salua manente, nemo eim conuenientiore allegabit
q̃ ut magnitudinũ orbium multitudo tpis metiatur, ordo sphe-
rarum sequitur in hunc modũ: a sumo capientes minimum.
prima et
fi



Suprema omniũ est stellarum
fixarum sphæra sepiam
et oma continẽs
Ideoq; ĩmobilis
nempe vni-
uersi locus
ad quẽ
mot
us
et
p
o

S
tio
re-
terorũ
omniũ
syderum
conferatur
Nam quod
aliquo modo illã
ctiã mutari existimãt
aliqui:
nos aliã, cur ita appareat
in deductione motus terrestris assignabimus causam. Sequũt
errantium primus Saturnus: qui xxx anno suũ complet circu-
itũ post hunc Iupiter duodecennali reuolutione mobilis. Demũ
Mars ~~vola~~ qui biennio circuit. Quartũ in ordine ãma reuolu-
tio locum optinet: in quo terrã cum orbe Lunari tamq̃ epicyclio
contineri dicimus. Quinto loco Venus nono mense reuoluitur

Sextum denique locum Mercurius tenet octuaginta dierum spacio circumcurrens. In medio vero omnium residet Sol. Quis enim in hoc pulcerrimo templo lampadem hanc in alio vel meliori loco poneret: qua vnde totum simul possit illuminare. Siquidem non inepte quidam lucernam mundi: alij mentem: alij rectorem vocant. Trimegistus visibilem deum. Sophocles Electra intuentem omnia Sta profecto tamquam in solio regali Sol residens circumagentem gubernat astrorum familiam. Tellus quoque minime fraudatur Lunarij ministerio. Sed vt aristoteles de animalib ait. maxima Luna cum terra cognationem habet: Concipit interea a Sole terra: et impregnatur annuo partu. Inuenimus autem sub igitur hac ordinatione admiranda mundi symmetriam: ac certum armoniae nexum motus et magnitudis orbium: qualis alio modo reperiri non potest. Hic enim licet animaduertere, non segniter contemplanti Cur maior in Iove progressus et regressus appareat quam in Saturno et minor quam in Marte. ac rursus maior in Venere quam Mercurio. Quodque frequentior appareat in Saturno talis reciprocatio quam in Iove: rarior adhuc in Marte, et in Venere quam in Mercurio preterea quod Saturnus Iupiter et Mars accidentibus propinquiores sint terrae quam circa eorum occultationem et apparitionem. Maxime vero Mars pernox fortius magnitudine Iouem aequare videtur, colore dumtaxat rutilo discretus, illic autem vix inter sedes magnitudine stellas conspicuntur inuenitur, sedula obseruatione sectantibus ipsum reperit? Quae omnia et eadem causa procedunt quae in telluris est motu. Quae autem nihil eorum apparet in fixis immensam illorum argent celsitudinem: quae faciat etiam omnium motus orbem sine eius imagine ab oculis euanescere. Quoniam omne visibile longitudinem distantiae habet aliquam quam adiuentante non amplius spectatur: ut demonstratur in Opticis. Quae enim a supremo errantium Saturno ad fixarum sphaeram adhuc plurimum interest, scintillatio illorum lumina demonstrat. Quo iudicio maxime discernuntur a planetis. Quodque inter mota et non mota maximam oportebat esse differentiam. Tanta nimirum est diuina haec opt Max fabrica

De triplici motu telluris demonstratio Ca decimum

Cum igitur mobilitati terrenae tot tantaque errantium sydernm consentiat testimonia, iam ipsum motum in summa exponemus quatenus apparentia per ipsum tamquam hypothesim demonstrentur. triplicem omnino oportet admittere. Primum, quem diximus νυχθημερινον a graecis vocari diei noctisque circuitum proprium ac Immediatum: circa axem telluris: ab occasu in ortum vergentem: prout in diuersum mundus ferri putatur: aequinoctialem circulum describendo: quem non nulli aequatorem dicunt: imitantes significationem

f. oltra

6

Graecorum: apud quos ἐξ ἰσημερινῶν vocatur. Secundus est motus centri annuus: qui circulum signorum describit circa Solem ab occasu similiter in ortum: id est in consequentia procurrens: inter Venerem et Martem, ut diximus, cum sibi mutuo mutantibus. Quo fit ut ipse Sol simili motu Zodiacum pertransire videatur. Quemadmodum verbi gratia, Capricornum centro terrae permeante Sol Cancrum videatur pertransire: ex aquario Leonem: et sic deinceps, ut dicebamus. Ad hunc circulum qui medium signorum est et eius superficiem oportet intelligi aequinoctialem circulum et axem terrae convertibilem habere inclinationem. Quoniam si fixa maneret: et non nisi centri motum simpliciter sequerentur, nulla appararet dierum et noctium inaequalitas: sed semper vel solstitium: vel bruma vel aequinoctium: vel aestas vel hiems: vel utrumque eadem temporis qualitas maneret sui similis. Sequitur ergo tertius declinationis motus annua quoque revolutione, sed in praedentia, hoc est contra motum centri reflectens. Sicque ambobus inuicem aequalibus fere et obuijs mutuo, euenit: ut axis terrae et in ipso maximus parallelorum aequinoctialis in eandem fere mundi partem spectent: proinde ac si immobiles permanerent. Sol iterum moueri cernitur per obliquitatem signiferi: eo motu quo centrum terrae: nec aliter quam si ipsum esset centrum mundi: dummodo memineris Solis et terrae distantiam visus nostros iam excessisse in stellarum fixarum sphaera. Quae cum talia sint quae oculis subiici magis quam dici desiderant, describamus circulum a b c d quem repraesentauerit annuus centri terrae circuitus in superficie signiferi: et sit e circa centrum eius Sol. Quem quidem circulum secabo quadrifariam subtensis diametris a e c et b e d. Primum a teneat Cancri principium b Libra c Capricorni d Arietis. Assumamus autem centrum terrae primum in a supra quo designabo terrestre aequinoctiale f g h i sed non in eodem plano: nisi quod g a i diameter sit circulorum sectio communis aequinoctiali magnoque et signiferi. Ducta quoque diametro f a h ad rectos angulos ipsi g a i sit f maximae declinationis limes in boream h vero in austrum. His iam sic propositis. Solem circa e centrum videbimus terrestres sub capricorno brumalem conversionem facientem: qua maxima declinatio ~~australis~~ boreae h i ad Solem conuersa efficit. Quoniam declinans aequinoctialis ad a e lineam per revolutionem annuam detornat sibi tropicum ~~solstitiale~~ brumale parallelum secundum distantiam quam sub e a h angulus inclinationem comprehendit. Proficiscatur modo centrum terrae in consequentia ac tantumdem f maximae declinationis terminus, in praecedentia donec utrique in b peregerint quadrantes circulorum. Manet interim a i angulus semper aequalis ipsi a e b per aequalitatem revolutionum et diametrientes semper admittunt f a h ad f b h et g a i ad g b i.

austrum
boream

brumale

æquinoctialis q̃ æqnoctiali parallelus. Quæ propter causam iam
sæpe dictam apparent eadẽ in ĩmensitate cæli. Sequitur ex 6 libri
principio e sub Ariete apparebit: comitetq̃ sectio circulorũ cõis
in vna lĩnea g b i e ad quã diurna revolutio nullam admittet
declinationẽ: sed omnis declinatio erit a lateribus. Itaq̃ Solũ
æqnoctio verno videbitur. Pergat centrũ terræ cũ assumpt
conditionibus: et posito in c semicirculo, apparebit Sol
camerum ingredi. At f australis æqnoctialis circuli
declinatio ad Solem ĩnversa, faciet illum borẽ
videri æstuũ tropicũ pertrentem: pro ratiõ
anguli e c f inclinationis. Rursus aver-
tente se f ad tertiũ circuli quadrantem
sectio cõmunis g i in lineã ed cadet
denuo: vnde Sol in libra spectatus
videbitur autũm æquinoctiũ
confecisse. Ac deinceps eodẽ
processu h se paulatim ad solẽ
se ĩnvertentes redire facit ea
quæ in principio vnde digredi
cæpimus. Aliter. Sit itidem in
subiecto plano a e c ~~circuli abc et~~
dimetiẽs et sectio cõmunis circuli abc
erecti ad ipm planũ. In quo circa a et c
hoc est sub camero et capricorno designetur
p vnes circulus terræ p polos qui sit d g f i et
axis terræ sit d f boreus polus d australis f et
g i dimetiens circuli æqnoctialis. Quando igitur d f
ad Solem se ĩnvertit qui sit circa e atq̃ æqnoctialis circuli ĩclinatio
borea sectũ angulum q sub i a e: tunc motus circa axẽ describet
parallelum æqnoctiali australiũ sectũ dimetiẽtem k l et distã-
tia l i tropicum capricorni in Sole apparentẽ. Sive ut rectiũ
dicã. Motus ille circa axẽ ad visum a c superficiẽ insumit
conicã: in centro terræ habentẽ fastigiũ basim vero
circulũ æqnoctiali parallelũ: in opposito quoq̃ signo
c omnia pari modo eveniũt: sed ĩversa. Patet igitur
quomodo occurrentes inter bini motus: centri inq̃ et incli-
nationis cogunt axẽ terræ in eodẽ libramento manere
ac positione consimili: et apparere
omnia quasi sint solares motus





Dicebamus ant centri et declinationis annuas revolutiones propemodum esse aequales: quoniam si adamussim id esset, oporteret aequinoctialia, solstitialiaque puncta, ac totam zodiaci obliquitatem sub stellarum fixarum sphaera haud quaquam permutari: sed cum modica sit differentia, non nisi cum tempe grandescens patefacta est: a Ptolemaeo quidem ad nos usque partim prope xxi: quibus illa iam anticipant. Quam ob causam crediderunt aliqui stellarum quoque fixarum sphaeram moveri: quibus idcirco nona sphaera superior placuit: quae dum non sufficeret, nunc recentiores decima supaddunt medum tamen finem assecuti: quem speramus ex motu terrae nos consecuturos. Quo tamquam principio et hypothesi utemur in demonstrationibus aliis. ~~Et si fuisset Solis lunaque cursum in immobilitate quoque terrae demonstrari posse: in ceteris vero erraticis minus convenit. Credibile est hisce fortasse causis Philolaum mobilitatem terrae sensisse: quod etiam nonnulli Aristarchum Samium ferunt in eadem fuisse sententia. non illa ratione moti: quam allegat reprobatque Aristoteles.~~ Sed cum talia sint: quae nisi acri ingenio et diligentia diuturnia comprehendi non possent: latuisse tunc plerumque philosophos: et fuisse admodum paucos: qui eo tempore sidererum motum calluerint ratione, a Platone non taceretur. At si Philolao vel cuiuis Pythagorico intellecta fuerint: verisimile tamen est ad posteros non profudisse. Erat enim Pythagoreorum observatio non tradere nisi suis: nec pandere omnibus arcana philosophiae Sed amicorum dutaxat et propinquorum fidei committere ac per manus tradere. Cuius rei monumentum extat Lysidis ad Hipparchum epistola: quam ob memoratas sententias et ut appareat: quam pretiosam penes se habuerit philosophiam placuit huic inserere: atque huic primo libro pro ipsam imponere finem. Est ergo exemplum epistolae: quod e graeco vertimus hoc modo. ~~Lysis Hipparcho salutem~~

